



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

Coyet, Peter Julius

[S.l.], 1658

Lit. HHH. Excerpta ex literis Rosenwingii ad Dominum Gersdorffium de
dato Amstelod. d. 3. 13. August. Anno 1658.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10534

quomodo in hoc casu V. R. M. suppetiæ ferendæ sint, eò magis in bonam
 istam spem ingredimur futurum, ut V. R. M. pro summa suâ prudentia tra-
 ctatus institutos potius ducatae procrastinet, & hostibus, siquidem impe-
 diri nequeunt, tamdiu frena laxet, donec Confœderatorem copiæ uni-
 dique collectæ fuerint, & cum V. R. M. milite unitæ uno impetu & viri-
 bus conjunctis eosdem aggredi valeant, quàm in ejusmodi pacem consen-
 tiat, quæ vel ipso bello perniciosior existeret. E contrario post factam con-
 junctionem sine dubio gloriosa, segura, & firma pax, ope Confœderato-
 rum pro R. V. M. tota Ejusdem posteritate Regiâ, Regnis, Ducatibus,
 Ditionibus & subditis magno cum fanore obtineri poterit, quæ omnia
 perpeffa damna & jacturam felicissimè refarciet ac compensabit. Quo
 ipso R. M. V. &c.

V. R. M.

humillimi & obsequentissimi servi

Cajus ab Ahlefeldt, Dethlevus ab Ahlefeldt. Eridericus ab
 Ahlefeldt.

P. S.

Rex & Domine Clementissime, V. R. M. significo, necessarium esse,
 ut siquidem animus ipsi fuerit bellum contra Suecos continuare, E-
 lector Brandenburgicus & alii Confœderati de isthac V. R. M. intentione
 per ejusdem literas certiores reddantur, ut ad suppetias ferendas eò magis
 animentur. Deinde, ut quàm primùm habilis quædam persona in qualita-
 te Residentis Berlinum mittatur, quæ ibidem V. R. M. usibus, ulterius in-
 vigilare possit & quod agatur &c. Dat. ut supra.

Dethlevus ab Ahlefeldt.

Lit. HHH.

Excerpta ex literis Rosenwingii ad Dominum Gers-
 dorffium de dato Amstelod. d. 3. 13. August.

Anno 1658.

Quod autem istum punctum in literis Excell. Vestræ concernit, sci-
 licet ut cum quibusdam è Statibus, seu Consilio Regiminis secretò
 loquerer, annon, si forsitan Vicini nostri exercitus in provinciis jam dum
 enervatis ulterius commorari vellet, quædam auxilia ad securitatem Sia-
 landiæ.

landiæ & urbis Haffniensis expectanda forent &c. ego quidem uni vel alteri illud ipsum exposui, aliud responsum tamen non obrinui, quàm in nuperè soluto Ordinum Hollandiæ conventu decretum esse, Legatis suis apud Regem S. seriò mandandum, ut provinciarum istarum evacuationem urgerent, & ut turmæ in Holsaria, Jutia & Fionia adhuc hospitantes secundum tenorem Tractatus, & Regis S. Promissæ, quàm primum discederent. An verò provinciale istud decretum per Pensionarium ad Ordines Generales relatum, & quodnam ibi super hac re decretum fuerit, illud equidem nescio; multo minus, quemnam effectum apud Regem S. habiturum istud sit, quem vereor ne valde exiguus futurus sit, nisi strenue urgeatur, aliaque media majoris vigoris, ponderis ac efficaciz adhibeantur. Quicquid horum relcevero, Vestr. Excell. simul atque Hagam venero, significabitur. &c.

Lit. III.

Excerpta ex literis Beuningii de die 20. Julii Anno
1658. Haffniæ, ubi de Morstenio
agitur.

DEn Heer hier aenweefende Envoye van Poolen maect Staet om eerst daechste vertrecken over Zee, met een Paspoort van Syn. May. van Sweeden, maer sal noch alvooren hier aff wachten de Tydiñgh van't Uytflach van den Rycxdach tot Warschouw, op de welcke Syn E. seekerl. seyt se vertrouwen, dat de Conjunctie tusschen Poolen en Moscovien teegens Sweden, en de Vreede met de Cossackeen volcoomentl. vastgesteld fall worden. Haer Ho: Mo: sullen van elders in meeder Gewisheyt vernemen wat daer van te verwachten sy.

Lit. KKK.

Lit. Dn. Legat. Suedicorum ad Dn. Legatum Gallicum, in quibus conclusionem Tractatum urgent.

Monsieur,

LEs soins que V. Excell. a tousjours tesmoignez pour l'establissement d'une sincere amitié entre ces deux Couronnes, nous obligent de luy signifier, comme le Roy nostre Maistre dans les lettres, que nous receusmes hier, non seulement insiste dans ses premiers ordres qui nous sont

T. 2.

don-